



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### In Obscuvriora Aliqvot Capita Geneseos Phil. Mel. Annotationes

Melanchthon, Philipp

[Nürnberg], 1524

VD16 M 3465

Capvt Qvintvm.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-36146**

## ANNOTATIONES PHIL.

### TUNC CEPTVM EST.

Id est, posteaquam non Adæ tantum, sed & filio piũ semen fuit, latius propagatus est iam cultus dei. Et quia multitudo docendi fuit, necesse fuit institui quasdam cæremonias, quibus moueretur multitudo. Item, ad consolationem pertinet, qua confirmati Adam & Eua, posteaquam uiderũt piũ semen exortũ esse cum annos plus centum nihil uidissent, præter impiã & maledictam multitudinem familie Cayn.



### CAPVT QVINTVM.

**S**icut supra diximus ortum mundi, lapsum & restitutionem hominum describi, ut sciamus & nos esse, ad quos uerbum dei pertinuerit, & idem esse uerbũ, quod à principio mundi prædicatum est, & quod nos accepimus: Ita hic Genealogiæ recensentur, & ut certi simus, Genealogiæ quorũ nos esse ad quos prædictiones pertineant, & ut certi si mus, unde & ex quibus patribus sit Christus. Nã hoc egit recensentem in uniuersum scriptura, ut redderet nos de Christo certissimos: Atq; id ita oportuit, eo quod uenerit Christus tectus formis crucis, ut à carne agnosci non potuerit.

**Enoch.** Quod Enoch translatus est ad deum, exemplum ostẽsum est, quo confirmaretur fides patrum.

Sicut

Sicut nato Seth renouata est generatio sanctorū, tū to Seth. ta posteritas Cayn oblita dei suis cupiditatibus ferreretur. Ita hic nato Noe renouata est sanctorum generatio, Noe. nam paulo ante decesserāt Adam et Seth, et Enoch trās-  
latus erat, & sicut Seth à ponendo nomen est inditū, do Seth à po-  
minus enim est qui semen sanctū donat: Ita Noe nomē in- nendo dā-  
ditū est à fructu, q̄ ipse inter tot impios futurus esset qui citur.  
cōsolaretur sanctos, conseruaret uerbū & p̄missionē dei  
& confirmaret fidem expectantium semen, quo restitu-  
retur uita.

## CAPVT SEXTVM.

**Q**ua peccata diluuiū præcesserint, textus hic ex-  
ponit.

Promiscua libido atq; adeo luxus omnis generis, qui cū  
libidine coniunctus est. Sic enim inquit, acceperunt sibi  
uxores ex omnibus quas elegerant, id est, quotquot libe-  
bat corrumpebant.

Et quia secum habet libido potissimum securitatem cō II  
temptricem iudiciorum dei, accusatur hic quoq; securi-  
tas & cōtemptus uerbi dei, cum inquit: Nō iudicabit spiri-  
tus meus in homine, quia caro est, id est, uerbum meū non  
audient, non credent, non metuent, nō mortificabuntur:  
& in Corinthijs huic peccato potissimū tribuit Aposto-  
lus, q̄ carnaliores faciat, quia qui adheret scorto, unum  
corpus est cum scorto: qui autem adheret domino, unus  
spiritus est cum domino.